

istiusmodi liquor, ab iis elaboratus, quem nos vocamus Zibethum, quod in cavitate folliculi ita elaboratum & rectificatum, per cochlear parvum vel per instrumentum etiam eximitur, & pro usu ad nos transfertur. Plura qui cupit, videat IONSTONIVM in uberrima historia animalium, & CASTELLVM in Tract. de Hyena odorifera præteritis nundinis edito. Ubi habet ejusdem anatomen & alia, quæ huc pertinent. Deinde plura videri possunt in BARTHOL. qui habet de magnitudine Ziberthi statura & figura Cent. 4. hist. 1. & Cent. 5. hist. 49. Zibethum hoc internè solet usurpari pro confortativo, de quo multum adhuc digladiantur auctores, & irrident illos, qui pro tali scopo adhibent. Umbilico inunctum in dolore Colico specificum singulare fuit PARACELSI, qui vel solum vel cum oleo nucis Moschatae inunxit. Mulierculæ, dum suffocatione uterinâ corripuntur, Zibethum inungunt vulvæ, dicunt enim valdoperè delectare vulvam odoriferis, & dicunt insuper, Zibethum si inugatur naribus, suffocationem inducere; sin verò inungatur vulvæ, eandem curare. Zibetho si inungantur indusia, omnes fugantur pediculi, sed unguentum pro tali usu nimis pretiosum.

CERVUS.

Totus merito alexipharmacus dicitur, & omnia ex eodem parata easdem virtutes alexipharmacas & sudoriferas & obtinent, & potenter etiam obserunt. Unde spiritus vol. ex ejus cornu vel sanguine, vel ex aliis partibus destillatus cum \ominus vol. Usitatissimus est in cura morborum malignorum, non minus quàm in cura Epilepsia, in qua sp. C. C. vol. salinus, potest esse succedaneum spiritus Cranii humani, qui ipse est specificus in Epilepsia. CORNU eligendum quod maturum i. e. quod cervus suâ sponte deposuit: Differentia est satis conspicua; nam quæ cervus spontè deponit intra duos dies famineos i. e. 15. Aprilis & 18. Septembris ea sunt ponderosiora, sunt interius magis compacta, magis dura & magis albicantia, quæ sunt signa, quod cornua fuerint sponte deposita, quæ ex cervis alio tempore interfectis desumuntur, vel alio tempore sunt deposita, non adèò sunt ponderosa, sunt magis porosa, & in medio lituras & vestigia sanguinis exhibent. Unde cornua matura dant spiritum copiosorem. Dant \ominus vol. copiosius; & spiritus & \ominus hujusmodi dicuntur efficaciora ex aliis desumptis. Contrario modo sese habet cum C. C. immaturo. Etiam præter hæc colliguntur tenella C. C. quæ etiam vocantur TYPHÆ Cervina, item C. Cervina novella, die Hirschkolben / quæ similiter usurpantur in usu medico. Hoc C. C. rarissimè usurpatur crudum, quoniam nimis est crudum & difficilis digestionis. Interdum tamen crudum pulverisatum potest propinari in affectibus, ubi acidum est præcipitandum & compescendum. Preparatur à C. C. pro usu alexipharmacico, sudorifero & expulsivo veneni, nunc sine Δ . nunc cum Δ . id quod cum Δ preparatur, est C. C. ustum, & est ad, quod remanet post destillationem spiritus

olei & \ominus vol. id quod sine Δ . preparatur. Coquitur in ∇ . donec mollescat & fiat friabile aliquantisper, vel quando destillatur ∇ . ex plantis, tunc imponuntur frustula C. C. in alembicum, adèò ut ascendens ∇ . penetret partes impositas. Unde fit, ut exinde fiant molles & friabiles, & sic vocatur C. C. sine Δ . philosophicè preparatum. Differentia est in hoc, quod C. C. ustum sit pura puta terra mortua, live calx omni virtute activa privata, nulliusque usus, præter hoc quod humiditatem absorbet, acidumque in primis viis compescit: Contra C. C. philosophicè preparatum adhuc est imprægnatum spiritu \ominus . vol. & ol. Unde ratione harum partium habet adhuc vires alexipharmacas & sciendi sudorem: atque hoc verum esse patet ex eo, quod C. C. philosophicè preparatum, si indatur retortæ, præbet spiritum \ominus . vol. & ol. ut non in tanta copia, ac si destilletur CC. crudum. Sufficit modo aliquid partis spirituosæ remaneat. Unde merito CC. isto præfertur. Vid. HELMONT. in script. pag. 373. Videri etiam potest HORSTIUS in Dispensat. pag. 239. Cornu cervi ustum nullum amplius habet usum in scopo Diaphoretico & alexipharmacico, utut (1.) mirè in Diarria & laxitate intestinorum absorbeat humidum, & exsiccet potenter. (2.) ubi est acidum abundans in intestinis, potest propinari: nam & acidum potenter absorbet. (3.) ubi sunt lumbrices in intestinis, potest propinari CC. ustum, quoniam illos pellit, præcipuè infantum, teste experientia: imprimis in usu tali convenit. CC. philosophicè preparatum convenit in morbis malignis pro præcipitatione & expulsionem sudorifera. Ex CC. preparatur etiam Gelatina, & hæc eleganter dissolvitur in cerevisia in morbis & febribus malignis pro resistenda malignitate & expulsionem: Nam ista Gelatina est nihil aliud quam \ominus vol. concentratum à mucilagine spermatica ad \mathfrak{z} ss. vel \mathfrak{z} vi. vel \mathfrak{z} j. in cerevisia dimidia mensura dissolvitur. Prostat vel simplex, vel \mathfrak{X} . irrigata, vel succo citri acidulata, & ubi est ardor & effervescentia Massæ sanguineæ, nimia est magis conveniens. Dissolvitur in Iulepis alexipharmacis Gelatina CC. pro eodem usu. aqua destillata ex tenellis cornubus seu typhus cervinis, est egregia contra palpitationem cordis, est egregia pueris & infantibus pro expellendis variolis & morbillis etiam in adultis. In morbis malignis est egregium vehiculum pro reliquis medicamentis alexipharmacis: præparationem habet AUCTOR. De spir. & \ominus vol. quædam sunt dicta superius, quod sint egregia & specifica pro excitando sudore in malignis. Ex Gelatina paratur egregia Essentia sive Extractum cum spiritu Juniperi per fermentationem ex baccis præparato, & huic Essentiæ si addatur \ominus proprium vol. CC. erit Essentia elegantissima alexipharmaca: sicuti etiam spir. CC. essentificatur, sive cum \ominus vol. imprægnatus addito modico Camphoræ ad eosdem usus, medicamentum est excellentissimum in febribus & morbis malignis: Hæc ratione possumus pervenire ad exaltationem ol. pestilentialis HEINLSII, de quo superius, ubi de camphora. Rarum est, quod refert MOEBIUS Dissert. de vomere-